

quando pensionarius post matrimonium ostendit dispensationem, quamvis intricatam, & non claram, quia tunc interim dum in iudicio ordinario de ea extinctione non iudicatur, solutio pensionis differenda non est. quo deficiente (dicit ille) ista exceptio extinctionis relevans est probata incontinenti, & intra breuē terminum, ab executore assignato; cum non requirat altiorem indaginem, sed sit clara, & excludat pensionem, & pensionarium ex Vicames. *conf. 284.* & ibi latè prosequitur hunc discursum.

Et quando exceptio requirit altiorem indaginem; relinquatur arbitrio iudicis, regulato tamen ex his, quæ longa manu cumulat Menochius de arbitrar. casu 20. & de recuperanda possessione rem. 1. *quest. 2. 1.* Contard. in l. unica limi. 12. C. si de momen. poss. Rota *decif. 57. num. 3. p. 2. dixer. for. idem Meno. lib. 2. casu 9. & 12.* & ex his etiam regulato quæ hucusque diximus, & plures exceptiones alias quæ executioni possunt opponi, vide per Guigantem de pensio. *q. si.*

Memineris tamen, quod dicit Flores de Mena in *pract. d. quest. 12. num. 2. 5.* cum Camilio Plautio in *tract. de pensio. Episcopali. à n. 2. 7. fol. 53. 4. tomo 5. tractatum nouorū*: quod subexecutor vigore clausulæ (ceterum) non possit procedere executiue contra bona debentis pensionem, quia hoc sibi commissum non est: sed solum potest, publicare censuras fulminatas ab auditore Cameræ in casu non solutionis, & denunciare debitorem excommunicatum, & præcipere aliis, ut eum denuntient, & euitent, aliàs excederet, & possit propterea ab eo appellari, quia meritò contra eos resoluit Nicolaus Garcia *vbi supra 1. p. cap. 5. num. 18. 5. & sursum*, ex eo quod executor auditor committit illi suas vices absolute pro executione pensionis, prout ipse Flores de Mena sentire videtur, *num. 30.* quod coroboratur ex eo, quod superius diximus, ideo hunc subexecutorem debere esse in dignitate constitutum; quia mixtus est, non merus executor.

Sis & illius sententiæ memor: quod cum ad denunciationem & publicationem excommunicationis huiusmodi requiratur præuia declaratoria illius, ad Guigantem *quest. 78. num. 4. vt nec ex eo causa efficitur appellabilis, cum sit executiua, secundum Nicolaum Garcia d. cap. 5. num. 586. contra Camilium Plautium loco proximè citato. nec ab huiusmodi declaratoria appellationi interpositæ non deferens vim faciet executor, & vltra Nicol. Garcia idem affirmat Marquesan de commissio. 1. p. cap. 13. num. 1. quod commissio appellationis à declaratoria censura latarū pro executione literarum Apo-*

stolicar. nisi cum clausula (parito breui) quia appellatio à declaratoria lata vigore processus executiui, cum careat suspensiuo effectu, nisi cum dicta clausula non rescribi, ne suspendatur, & impediatur executio literarum, allegat etiam Cassiadorum *decif. 10. de rescriptis. Staphil. de vter. iustitia cap. prædicta num. 13. Puteum decif. 41. p. 1.* quia cum declaratoria incidat in iudicio executiuo, 86 præcisè debet eius natura vestiri, propria amissa, *cap. accessorium de regul. iur. lib. 6.* Et quia cum causa est executiua, omnes eius articuli sunt executiui, vt pluries dixi, & vide quæ nos latius infra lib. 4. c. 5. de compulso. *vers. circa quod notabi. aduerte. & c. à num. 60.* cum seqq. de quo articulo etiam latè & luculenter diximus supra lib. 2. cap. 3. per totum.

Et amplius circa ea, quæ dixi supra; aduerte: quod quando fructus parochiales deueniunt in diminutionem post reservationem pensionis factam; potest peti reductio, & eius reformatio coram ordinario sine speciali rescripto, & commissione Papæ, etiam si pensio fuerit reseruata per ipsum Papam, quia intelligitur rebus sic stantibus, Decius *conf. 335. Aimon. conf. 95. num. 4. Tiraq. in l. si vnquam de reuoca. don. in prin. à num. 166. & 161. Gutierr. de iura. confirma. 1. p. cap. 7. 1. num. 6.* quando verò à principio isthæc reservatio per Papam facta fuerit excessiua, 88 quia tunc de eius reformatione non potest tractari per ordinarium, nec legatum, nec alium iudicem, nisi ex speciali rescripto Papæ, videndus Garcia *d. cap. 5. num. 440. & 441. & superius 369.* vbi etiam agit in qua quantitate pensio reseruanda sit, tam in beneficiis simplicibus, quam in curatis, & episcopalibus, hæc ad nos attinent, cætera autem pensionis materia suos habet auctores, illos require in necessitatibus.

Et de pluribus aliis exceptionibus, quando locum habeant in pensionis executione, & de effectibus quasi possessionis in illius exactione, & quando rescribatur, vel non rescribatur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) vel (sine præiudicio legitimæ executionis) & de natura, & variis effectibus illius clausulæ, & de aliis pluribus de materia iudiciali in exactione pensionis, vide vltra Nicolaum Garciam & Flores de Mena loco pluries citato, Marquesa. de commiss. appellatio. in causa pensionis *cap. 14. per totum 1. scilicet & 2.* quod in duas partes diuisit. 1. p. fol. 132. cum seqq. & fol. 142. cum seqq. amplissime, Marefcotum *variar. resol. lib. 1. cap. 2. 1. & cap. 22.*

## CAPVT IV.

A secunda sententia reuocatoria prioris, siue contra actorem, siue contra reum lata, in iudicio sui natura priuilegiata, & non admittente appellationem; an ei interpositæ non deferens iudex vim faciat. & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam priuilegiatam intentantem.

## S V M M A R I V M.

Sententia lata contra agentem aliqua via priuilegiata, & non admittente appellationem an illam admittat quoad vtrumque effectum. *num. 1.*  
Sententia in secunda instantia lata in fauorem agentis via priuilegiata reuocatoria prioris contra illum lata, an executioni sit mandanda non obstante appellatione. *ibidem.*  
Sententia secunda reuocatoria primæ priuilegiata, & iam executæ, an sit pariter executioni (altera reuocata) mandanda appellatione non obstante. *ibidem.*  
Sententia lata contra intentantem viam executiuam, remedium possessorium, & petentem alimenta, & similia, appellationem admittit quoad vtrumque effectum. *n. 2.*  
Sententia lata contra petentem missionem ex l. si. C. de edicto diui Adri. permittit appellationem suspensiuam. *n. 3.*  
Idem est in sententia negatiua lata in alijs possessorijs remedijs. *n. 4.*  
Sententia lata contra actorem petentem alimentata licita est appellatio suspensiuæ. *n. 5.*  
Appellari non licet, quando agitur de conuertendo frumentum in vsum militum & subsidium annonæ. *n. 6.*  
Sententia negatiua distributionis annonæ in vsum militie admittit appellationem quoad vtrumque effectum. *n. 7.*  
Sententia lata contra mulierem petentem dotem recipit suspensiuam appellationem, licet lata in eius fauorem non suspendatur. *n. 8.*  
Præceptum de soluenda pensione licet non admittat appellationem, tamen vbi negatur, ipsum præceptum ad pensionem agentis, licita est quoad vtrumque, quia cessat priuilegium. *n. 9.*  
Sententia de non exequendo rem indicatam aut obligationem Camerealem permittit appellationem suspensiuam. *n. 10.*  
Licet alij contra inadvertenter & promiscue dicant, à præcepto de exequendo, & non exequendo non dari appellationem. *ibidem.*  
Ratio redditur fundamentalis quare detur appellatio Salgado de protect. Reg. Tom. II.

latio suspensiuæ actori intentanti actionem priuilegiatam, & reportanti sententiam negatiuam, cum affirmatiua non suspendatur. *n. 11.*  
Senatus regius aditus per viam violentiæ quotidie decernit, vim facere iudicem non deferentem appellationi emisse à sententia negatiua lata contra agentem aliqua via priuilegiata, scilicet, executiua. *n. 12.*

Dilatio decem dierum in via executiua debitori assignata, vt intra illam suas probet exceptiones, cum sit in fauorem actoris limitata, potest eo desiderante prorogari. *n. 13.*

Text. in c. fin. de mut. petitionibus interpretatur. *num. 14.*

Appellatio prohibita in causa conuentionis, an censetur prohibita in causa reconuentionis. *num. 15.*

Clausula rescripti ad lites (appellatione remota) si respicit totam causam, est communis Actoris & Reo. *n. 16.*

Rescriptum ad lites est commune, & regulatur secundum ius & iustitiam. *ibidem.*

Actor & Reus non debent ad imparia iudicari, nec actori licere, quod reo licitum non existat. *num. 17.*

Aequalitas in iudicio semper est seruanda. *n. 18.*

Correlatiuo in vno si sit prohibita appellatio in altero ex correlatiuis intelligitur prohibita. *n. 19.*

Rescriptum quo prohibetur appellatio, pariter operatur in præiudicium Actoris ac rei ex capite equalitatis seruanda in vtroque. *n. 20.*

Appellanti ne tradatur possessio suo aduersario, pariter nec ei tradenda erit. *n. 21.*

Causa conuentionis si est tractanda summarie vigore rescripti; pariter summarie tractanda est causa reconuentionis. *n. 22.*

Clausula (appellatione remota) apposta in commissione primæ instantiæ, censetur repetita in commissione appellationis. *n. 23.*

Clausula (appellatione remota) idem operatur, quando virtualiter subintelligitur in secunda commissione, vtpote quando refertur ad aliam, à qua virtutem & potestatem recipit. *ibidem.*

Causa quando est summaria, omnes eius articuli etiam summarij sunt. *n. 24.*

Clausula appellationis prohibitiua non intelligitur repetita in alia persona, quando diuersitas rationis aliud specialiter inducat, quia in vna ex partibus tantum fauor, aut odium dumtaxat viget. *n. 25.*

Agens priuilegiata via si sententiam contra se reportet, appellat suspensiuè, si autem Reus illam reportet, non; quia in vtroque diuersa fauoris militat ratio. *n. 26.*

Sententia lata contra agentem via priuilegiata, qui ab ea appellans reuocatoriam illius obtinuit, hæc secunda reuocatoria erit executioni mandanda. *n. 27.*

Exemplo comprobatur in executione instrumenti guarentigati. ibid.

Executione denegata vigore brevis per subexecutorem à quo appellatur, potest iudex Rota iustificato constituto brevis, illud exequi, quem admodum poterat iudex à quo. n. 28.

Sententia lata in fauorem rei conuenti de spolio intentato, si in causa appellationis reuocetur hac secunda sententia lata in fauorem Actoris, mittitur executioni non obstante appellatione. num. 29.

Sententia secunda affirmatiua, & reuocatiua prioris negatiua simul lata sit, declarando primam nullam, an mereatur executionem. n. 30.

Iudex ad quem appellatum est in prouisione Parochialis ob aliquam legitimam causam antequam ordinarius prouiderit, vel tradiderit possessionem, aut tulerit sententiam, declarans bene appellatum, ac prauio concursu digniorem eligat, poterit huic possessionem vacantem tradere. n. 31.

Concursu & electione Rectoris facta per ordinarium differentem possessionem aliqua iusta causa, si superior de appellatione cognoscens interim reuocato concursu, & electione, potest suam sententiam executioni mandare, & aliquem in possessionem mittere vacantem, non obstante appellatione. n. 32.

Fauor appellationis prohibite in Parochialibus non est inductus propter prouisionem, sed propter Ecclesiam vacantem, & ita quocumque vadat Ecclesia vacans, replenda erit Rector, qui tunc prouisus reperitur. n. 33.

Priuelegium exequende sententiae ubi conceditur tantum ratione persona, scilicet, creditoribus, alimentarijs, & in possessorijs & similibus, si prima sententia pro eis lata non fuit executi, si interim in gradu appellationis reuocetur, non potest exequi, nec etiam reuocatoria ex ratione assignata. n. 34.

Senatus, ad quem recurritur per viam violentiae, quotidie declarat, vim non fieri appellationi non deferendo interiecta à secunda sententia reuocatoria prioris, si eius virtute mittatur aliquis prouisus in possessionem vacantem beneficii, & ita communiter practicatur. n. 35.

Iudex appellationis in beneficio curato vacante dicitur primus iudex, & loco ordinarij subrogatus cuius iure vti licet. n. 36.

Ratio propter quam sententia in Parochialibus exequitur, durat in qualibet instantia, qua beneficium adhuc sit vacans, ex quo nullus deicitur de possessione. ibidem.

Sententia lata in fauorem creditoris in via executiua, quando nulla praecessit executio in secunda instantia an exequatur. n. 37.

Deuolutio beneficii fit ad superiorem cum omnia sua causa, oneribus, & qualitate requisita in sui principio. n. 38.

Sententia ad additionem executionem desiderans nihil interest, an à primo, an à secundo iudice appellationis lata sit, ut exequatur. n. 39.

Iudex appellationis suæ cedit in locum prioris iudicis. n. 40.

Iudex appellationis potest facere ea omnia, quae poterat primus iudex. n. 41.

Causa, quae est summaria in prima instantia, pariter & in secunda summaria erit. n. 42.

Clausula quod summarie procedatur, si fuit opposita in commissione prima instantiae, tacite intelligitur repetita in commissionibus aliarum instantiarum. n. 43.

Sententia prima si vulnerauit instrumentum guarentigatum, scilicet, declarans illud falsum, aut usurarium, secunda reuocatoria illius non meretur executionem, donec obtineat creditor tres conformes. n. 44.

Executiua via si semel fuit vulnerata, non signatur commissio cum clausula (sine prauidicio legitime executionis.) n. 45.

Executio ubi denegata est ex eo, quod instrumentum est vulneratum, expectantur tres conformes sententiae, secus ubi ex alia causa denegatur non tangente vires instrumenti. n. 46.

Executio quando denegatur ob aliquam nullitatem referuato iure creditoris, consultius faciet ex integro executionem repetere, quam appellatione vti. n. 47.

Appellationi à secunda sententia reuocatoria prima priuilegiata, & executioni iam tradite erit deferendum omnino. n. 48.

l. 4. tit. 2. lib. 4. reopillatio ponderatur. ibidem.

Sententia, quae est reus condemnatus, nullius sententia aut instrumento habenti executionem paratam & priuelegium, at sententia secunda, quae actor condemnatur, illi non nititur, sed eius priuelegio repugnat. n. 49.

Sententia secunda lata contra actorem reuocatoria prioris exente virtualiter est negatiua executionis, quo casu etiam in prima instantia actori licet appellare. n. 50.

Sententia ad additionem si nulla seu iniqua sit manifeste, an iudex de appellatione cognoscere queat ea neglecta, suam exequi, & quo casu. n. 51.

Sententia seu iudicium ordinarij, cuius virtute ut magis idoneus electus fuit in possessionem Parochialis missus, licet sit in causa appellationis reuocatur, non amouetur à possessione, donec per tres sententias conformes vincatur. n. 52.

Et ab hac reuocatoria appellationi per possessorem emissi est deferendum. ibidem.

Prouisus ad Parochialem per ordinarium non est à possessione auocandus, etiam si iudex appellationis nullum & notorie iniustum declarat ordinarij iudicium. n. 53.

Prouisio Parochialis per ordinarium si est sortita effectum, & tradita possessio, à secunda sententia illius reuocatoria emissi appellationi per possessorem

possessorem esse deferendum, quotidie decernitur in Senatu Regio, vimque facere iudicem eam exequi volentem. n. 54.

Res postquam semel prohibitionem euasit, semper remanet libera. n. 55.

Res semel effecta alienabilis, semper remanet alienabilis. n. 56.

Rei semel alterata natura, semper remanet alterata. n. 57.

Res quae semel exiuit de trunco, & de familia, non dicitur amplius esse de trunco, quominus retrahitur locus sit. n. 58.

Causa semel facta ordinaria & appellabilis, semper remanet ordinaria, & appellabilis. n. 59.

Executiua locus non est, nec penitentiae, si creditor qui potuit agere via executiua, cepit agere via ordinaria. n. 60.

Sententia prima lata in Curia contra possessorem beneficii sequestrum apponitur, tamen licet ipse possessor secundam pro se obtineat, non reuocatur sequestrum. n. 61.

Parochialis prouisio & possessionis traditio nec suspenditur per appellationem, nec possessor à possessione amouetur, donec per tres sententias vincatur, ubi referuntur & ponderantur verba constituta. Pij V. n. 62.

Stylus Curiae Romanae obseruat, quod lata sententia super executione brevis, instrumenti Cameralis, aut literarum Apostolicarum, eamque exequitur, licet in Rota feratur appellationem, non mandatur executioni, sed appellationi ab ea deferatur, & donec executoriae relaxentur, in omnibus superferatur. n. 63.

Sententia prima, quae executioni petita locum non fore, est declaratum, & in super Actor in expensis damnatus, licet patiatur appellationem, tamen expensarum respectu mittenda est executioni. n. 64.

Sententia pro Actore in alimentis, aut via executiua lata cuius executionem omisit petere, & lata est secunda sententia illius confirmatoria, poterit eiusdem petere executionem non obstante appellatione, quia nec effectus appellabilis, nec censetur eius priuelegio renunciare. n. 65.

Secus e conuerso, quando prima pro Actore lata nondum executiua, secunda illius reuocatoria lata est, quia tunc prima non exequitur in secunda instantia. n. 66.

Quae doctrina fallit in Parochiali vacante. ibidem remissimè. & n. 33. cum seqq.

Rota decisio refertur, ut secunda sententia reuocatoria prima executiua in Parochiali non sit exequenda appellatione remota. n. 67. & 52.

Alia summaria deducuntur ex d. decis. ibi. vsque ad 88.

APITVLVM hoc tres habet instantias. Prior, an à sententia lata contra agentem aliqua priuilegiata via, non permittit Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

tente scilicet appellationem: ipsi sit appellatio permittitur quoad vtrumque; ita vt ei non deferens, vim iudex fecisse dicatur. Secunda, an hoc priuilegiato obtrahente in secunda instantia appellationis aliam sententiam in eius fauorem, & sic reuocatoria prima; an hæc sit executioni mandata non obstante appellatione, per aduersarium ab ea interposita. Tertia & vltima sit instantia: an scilicet secunda sententia reuocatoria prima; priuilegiata, & vt talis, effectualiter exequatur: an reuocata prioris executione, sit pariter executioni mandanda, non obstante appellatione ab ea emissa.

Circa primam aut instantiam illud breuibis feram: vt à sententia lata contra intentantem priuilegiatum aliquod remedium, puta, petentem alimenta, agentem possessorio, vel petentem executionem vigore obligationis cameralis, aut guarentigata, & similia: ei sit adeo licita, & permittitur appellatio, quod si interposita iudex non deferat: vim faciet eidentem. ita probat Angel. in l. quisquis C. quorum appell. non recip. quem sequuti sunt Iacobus à S. Georgio in l. fi. n. 36. C. de edicto diui Adri. solen. vbi etiã Zuchard. n. 443. idem etiam censuerunt Tiraquell. in tract. le mort fait le vis. p. 6. declaratione 6. n. 3. Petrus Ducañs in suis regulis regula 44. fall. 1. Menoch. de adipiscenda poss. rem. 4. n. 876. vbi dicunt, quod et si in remedio l. fin. C. de edicto diui Adri. lata sententia in fauorem actoris 3 petentis, se immitti in possessionem, appellatio non suspendat: tamen hoc non procedat, nec locum habet: quando contra ipsum actorem, vt scilicet, immissioni locus non foret, & in fauorem rei lata est sententia, quoniam tunc ab illa per actorem licet appellare quoad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum simul, quæ opinio est Alexandri originalis, & esse stupendum, & elegans dictum, dicit Iacobinus vbi proximè, qui se ita obtinuisse in praxi, testatur. Sequitur Iosephus Ludou. decis. 20. n. 23. Petrus Surd. tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 6. n. 26. in fi. & n. 27. Lancelot. de attentat. 3. p. c. 28. n. 89. fol. 448. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. c. 3. fol. 649. versus finem vers. appell. Sequitur eum post plures auctores Achil. Personal. de adipiscenda poss. n. 343. & 344. & per Angelum sequutum à Iacobino de sancto Georg. in l. quisquis in fin. C. quorum appellat. non recip. & alios etiam firmat Marefoot. variar. res. lib. 2. cap. 75. n. 15. fol. 136. (licet aliqui contrarium teneant.) & generaliter in omnibus possessorijs plurimos citat Efcacia de appell. q. 17. lim. 6. mem. 6. n. 38. & 133. idem firmantes.

Et facit, quod dicit Alexand. in l. fin. ff. de appellat. recip. quod licet appellari non liceat 5

à sententia, lata in fauorem alimenta petentis: tamen à sententia ea denegante, & sic aduersus eum, ei sit omnimodo permiffa quoad vtrunque effectum. Sequitur Menoch. *vbi supra* n. 878. Petrus Surdus *in tractatu de alimen. tit. 8. priuileg. 60. à n. 3. 4. & n. 33.* Angel. *in l. fin. sub num. 1. ff. de appellat. recip.* Escacia *in l. unica limit. 17. n. 19. C. si de mom. poss.* Ruginell. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 68.* & probatur, quoniam licet quando agitur, de conuertendo frumentum in vsum militum, in subsidium annonæ, non permittatur appellare. *l. fin. ff. de appell. recip.* tamen à sententia negatiua, quia est dictum; annonam non esse distribuendam in vsum militum, licita est appellatio. Escacia *vbi proximè d. q. 17. limit. 7. n. 20.* Angel. *in d. l. fin. sub n. 11.* Contard. *d. limit. 17. n. 19.* Ruginell. *vbi proximè n. 70.* Marquess. *de commiss. l. p. c. 18. n. 19. fol. 2. 10.* Bald. Nouel. *in tract. de dote 9. p. priuileg. 7. ad fin. vers. & hoc intelligo,* dum scribit, quod etiam quando mulier agit pro dote & in fauorem eius fertur sententia, non suspendatur per appellationem, quando mulier est pauper: tamè aliud esse dicendum, quando sententia esse lata aduersus eandem mulierem, quia tunc appellatio ei permittitur, quem referunt Menoch. Gratianus, & Surdus *suprà.* & de alimentis idem dicit Marches. *de commiss. l. p. c. 18. à n. 17. fol. 2. 10.*

9 Facit etiam, quia licet à præcepto de soluenda pensione non admittatur suspensiuua appellatio, ita vt semper in commissione appellationis ab ea apponatur clausula (sine præiudicio legitimæ executionis, prout supra latè diximus c. 3. præcedenti.) tamen hoc non procedit, quoties lata fuit sententia aduersus pensionarium, siue pensionem petentem. quia tunc datur appellatio suspensiuua. & similiter denegatur clausula (sine præiudicio legitimæ executionis) quia cum sententia sit negatiua, non est quid exequendum, quia cessat priuilegium, ita animaduertit Marches. *de commissio. appell. in causa pensio. l. p. c. 14. & 2. n. 59. fol. 1. 50.* vbi testatur ita resoluiffe Rotam in vna Nucerrina pensionis, &c.

10 Et probatur etiam, quia licet à mandato de exequendo, & executione nõ appelleretur suspensiuè, secundum quæ latè dixi infra 4 p. c. 1. tamen à sententia negatiua; scilicet de non exequendo rem iudicatam, aut obligationem Cameralem appellatio permittitur quoad vtrunque effectum. gl. 1. in l. ab executione C. quorum appell. non recip. & ibidem Bart. sub n. 1. & Salicet. sub n. 2. & 3. Escacia *de appellat. q. 17. limit. 10. n. 20. & limit. 9. n. 50.* vbi vocat rem claram, & sine controuersia, Ruginell. *tit. de appellat. §. 2. c. 3. n. 157.* Carrocus *exceptione 44. sub n. 7. 3.* qui plures citat.

Marquessa. *de commiss. l. p. c. 16. n. 19. fol. 196.* in 2. *impresione, & Escacia d. limit. 9. n. 58. vers. his non obstantibus,* dicit receptam in praxi hanc opinionem, quoniam in hoc casu militat ratio differentia, & ita communiter practicatur, licet aliqui inaduerterter contrarium dicant, promiffiue firmatæ, à præcepto de exequendo, aut non exequendo denegari appellationem, prout est Bald. *in d. l. ab executione sub n. 4.* & ex Antonio de Butrio tenet Bald. Nouell. *tract. de dote p. 6. priuileg. 2. in fin. tomo 9. fol. 193.*

Rationem autem omnes huius doctrina reddunt; etenim ratio illa vnica, & finalis prohibitiua appellationis à sententiæ affirmatiua, illæque fauor, & priuilegium actioni intentatæ ab actore, & eius fauore inductum, cessat, minimèque viget, nec concurrunt in sententia negatiua: vtputa, in alimentis datis, ideo non admittitur appellatio, ne interim fame pereat actor, & in possessorio adipiscendæ illa celeritas mittendi hæredem iusta ratione inducta, & à lege considerata, non militat in reo impugnante hanc missionem, in cuius fauorem sententia negatiua lata est. & sit appellationis prohibitio non procedit à pari in vtroque casu, actore scilicet, & reo, quæ ratio cõprobatur infra n. 26. & à n. 75. cum seqq. Imò si non admitteretur appellatio, alimentario puta, seu adipiscenda ventii, nunquam missio locum, nec effectum fortiretur, & inducta ad vnum finem, contrarium effectum operarentur, contra l. quod fauorem. C. de legibus. & quod in fauorem est alicuius, non debet in eius odium retorqueri, cum cessante ratione legis eius, cesset dispositio. *l. quod dicitur ff. de pactis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. l. cum pater. §. dulcissimi. ff. de legat. 2. l. 1. §. huius rei ff. de off. eius cui mandata est iurisdictio. c. cum cessante. de appellat. & contrarium eadem est dispositio, si in vtroque eadem militat ratio, vt latè per Euerard. *in locis legalib. in loco de contrarijs.* & tandem appellatio censetur permiffa, vbi expressè non prohibetur, gl. in l. qui restitueret ff. de rei vindic. cum vulgaris. maximè cum nec ratio prohibitionis hoc inducat. & ita ab opinione Alexandri, nec in iudicando, nec in cõsulendo, recedendum esse firmat Menoch. *vbi supra* n. 877. aduersus Bart. *in l. 2. n. 5. ff. de appellat. recip.* Abb. & Castrensem, rem hanc conditionaliter absoluentes, & ita quotidie practicamus in supremis pratoris, adhibitis 12 per hanc viam violentia, & vt clarum ac cognitum tõforibus, vim fieri ab Ecclesiastico iudice negare delatione, simili appellationi, quidquid in contrarium & cum Bart. dixerit Contard. *in repetitione l. vni. C. si de momen. poss. limit. 17. n. 2. & 4.* & Puteus *decis. 3. 16. lib. 2.**

Ex

13 Ex his apparet, vt dilatio decem dierum data à lege Regia debitori, vt intra illam suas legitimas exceptiones oppositas aduersus instrumentum quarentigium, & eius executionem probet, ita limitata ad illum breuiem terminum; ne verutiis debitores diem trahant, solutionemque procrastinentur: vt possit dicta dilatio prorogari desiderate creditore, iuxta regulam d. l. quod in fauorem. C. de leg. l. nulla. ff. eodem tit. l. 3. §. dua cause. ff. de Carboni. edito. & ita per Monterrosium validis ad id adductis rationibus firmat Parladot. *lib. 2. rerum quotidianarum c. fin. 5. p. §. 10. num. 13.*

Et ex his venit interpretandus, & intelligendus text. aliis difficilis in cap. 2. (qui est finalis) de mutuis petitiõ. vbi in hæc dicitur: Sanè consuluit nos, vtrum cum causa appellatione remota committitur, & reus coram eodem iudice actorem reconuenit, & actor super reconuentione appellacionis obftaculum interponit: an sit huiusmodi appellacionis deferendum. Nos verò ita sentimus; quod cum actoris, & rei eadem sit conditio; & vno eodèque iure circa appellacionis remedium debeat vterque censeris; sicut desiderat actor, vt sibi iuxta mandatoris rescriptum iustitia fiat appellacione remota: eodem modo reconuenienti debet in sua iustitia responderi, &c.) quo apparet appellacionem prohibitam in causa conuentionis, censeris etiam prohibitam in causa reconuentionis, secundum gl. 1. 1. ibi, vbi Abb. & omnes. Philip. Fran. *in c. pastoralis num. 6. de appell. Magon. in decis. Lucen. 52. n. 14.* Lancelot. Robert. *de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 53.* latè persequitur Giurba *decis. 3. per totam l. p. Cæsar Contard. in l. unica limit. 17. n. 5. C. si de momen. possess. vt intelligatur, quando ipsa clausula prohibitiua respicit totam causam, & est generalis, vt scilicet in causa, & negotio procedatur appellacione remota. Et quia cum rescriptum ad lites sit commune, & reguletur secundum ius, & iustitiã, ideo quod quisque iuris in alium statuit, eodemmet vti debet, l. 1. ff. quod quisque iuris, nec debet actor, & reus ad imparia iudicari, l. fin. C. de fruct. & litium expens. & non debet actori licere quod reo licitum non existat, l. non debet 4. 1. ff. de regul. iuris c. non licet 32. eodem tit. lib. 6. quia in iudiciis semper est seruanda æqualitas, l. fin. C. de procuratori. c. statutum §. in super de rescrip. in 6. c. in iudicijs 22. & ibi per Dinum, & alios de regul. iur. lib. 6. Aimon. 19 *consil. 13. n. 7. & seqq. lib. 1.* & quia prohibita appellatio in vno ex correlatijs, censetur prohibita etiam in altero, Ruginell. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 230.* Magon. *decis. Lucensi 58. in causa Vincentij. n. 8.**

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

Et hinc est, vt si quis impetrauerit rescriptum, per quod remouetur appellatio, eadem appellacionis remotio etiam intelligitur, tam in præiudicium ipsius impetrantis, quàm ipsius aduersarij ex hoc capite æqualitatis seruandæ, optimè Feli. *in rubr. de rescrip. n. 2. post prin. Bald. in c. 1. n. 2. 1. de rescrip. Contard. in repetitione l. vni. C. si de momen. poss. fruct. limit. 7. n. 9. & 10.* vbi in proposito adducit Surd. *de alimen. tit. 8. priuileg. 60. n. 32.* quod pertinet, quòd quando quis appellat, ne tradatur possessio aduersario suo, nec ipsi appellanti tradenda est, A chil. de Grass. *decis. 18. n. 2. sub tit. de appellacionibus.*

Cuius etiam est farina, vt si actor obtinuit per rescriptum, vt causa de sua natura plenaria, agitur summarie, erit idem si in eodem iudicio ipse impetrans reconueniatur ab aduersario; namque pariter in reconuentione summarie agendum est, gl. in dem. sepe in verbo voluerit, de verbor. signif. sequitur Domini. *in c. 1. colum. 2. de dolo & contumacia lib. 6.* Abb. *in d. cap. fin. col. 2. de mutuis petis. vbi etiam Feli. & in rubr. de rescrip. sub n. 2.* qui vtroque loco multa de æqualitate inter reum, & actorem seruanda, conduxit exempla.

Quò etiam pertinet, vt clausula (appellacione remota) posita in prima commissione tacite intelligitur repetita etiam in secunda commissione, data vigore appellacionis, & prout habebat commissio primæ instantiæ, vt post Anton. de Butr. *in c. pasto. de off. delegat. & Bald. in l. si actor C. de appellat. eleganter considerat Amilian. in cons. 68. in causa appellans. num. 7.* Lancelot. Robert. *de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 7.* vbi dicit, idem esse dicendum, quando virtualiter hæc clausula intelligitur in secunda commissione; puta, quando refertur ad aliam cuiusuis virtus, & potestas, censetur in secundum translata, ac propterea dicta clausula appellacione remota, apposita in rescripto ab vno impetrato, in causa cõuentionis, repetita censetur in causa reconuentionis, quia est clausula realis comprehendens totam causam, & negotium, quemadmodum aliàs solemus dicere, quòd quando causa est summaria, omnes eius articuli summarij sunt, vt & nos latius variis in locis diximus.

Tamen hæc clausula appellacionis prohibitiua, imò & omnia dicta, & cumulata non procedunt, nec locum habent: quando odium, aut fauor specialiter in vna ex partibus duntaxat degat, & vigeat, diuersitasque rationis aliud specialitatis inducat. vt eleganter dicit Bald. *in cap. 1. in fin. de rescrip.* Abb. Panor. *in d. c. fin. num. 2. de mutuis petis. vbi etiam Felin. & per eundem Abb. ita illum in d. c. 2. qui est finalis, de mutuis petis. interpretatur Parladot.*

d 3 lib. 2.

lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 4. p. §. 10. sub num. 16. idem videtur sentire Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 60. num. 33. & supra. & quidem optimè idem Feli. in rubr. de rescript. à num. 1. & præfertim num. 2. ad finem, & nullo citato idem respondet Escacia de appellat. quest. 17. limit. 9. sub num. 58. vers. his non obstantibus. & limit. 7. num. 26. & 27. & sic in nostro casu, cum fauor vigeat, & consideretur à iure in actore agente privilegiata via, nihil mirum, vt ad imparia iudicetur reus, qui simili via non agit privilegiata. hanc etiam considerationem facit in terminis Rotæ decif. adducta infra n. 67. videnda à n. 75. cum sequentibus.

26 Circa secundam autem instantiam nostri præsentis capituli; an scilicet; lata sententia in prima instantia contra agentem privilegiata via, qui appellans in secunda instantia obtinuit aliam reuocatoriam, & sic in eius fauorem, an sit executioni mandanda ista secunda sententia, non obstante appellatione, per aduersarij ab ea interposita. quam breuibus absoluere libet; nempe, vim non fieri, appellationi ab ea interpositæ non deferens. ex eo, quod in terminis dicit Parla. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. p. §. 15. num. 8. affirmans, quòd si iudex, apud quem executio vigore instrumenti garantigati postulata est; pronunciauit; additioni, & executioni locum non fore, & à tali sententia actor appellauit, & iudex appellationis rescissa prima sententia, executioni locum esse, declarauit, à qua itidem pro parte rei executati fuit appellatum, vt non obstante huiusmodi appellatione ipse iudex, qui secundam protulit sententiam, executioni locum fore, dixit: eam potest ad debitam executionem perducere. pro quo etiam facit, quòd dicit Puteus decif. 426. lib. 2. vbi testatur, tentum fuisse in Rota: quòd iudex, ad quem causa appellationis super denegatione executionis iuxta formam statuti vrbis, potuit executiue procedere iuxta formam eiusdem statuti. prout etiam

28 quando appellari contingit à denegatione executionis vigore breuis, & causa in Rota committitur: potest iudex Rotæ iustificato confitito breuis, illud exequi, quemadmodum poterat iudex à quo Rota decif. 19. n. 3. de re iudicata in nouiss. dictumque fuisse in vna Hispanen. fructuū 15. Martij anni 1596. coram Lira, testatur Gonzal. in regula de mensib. & alternatiuis gloss. 6. n. 241.

29 Rursus facit, quòd dicimus de spolio intentato, vt quamuis super eo sequatur sententia absolutoria in fauorem rei, si tamen in causa appellationis illa sententia reuocetur, & fuerit mandatum restitui ad bona, de quibus est actum, tamen non obstante

prima sententia, erit locus executioni secundæ, nec admittetur appellatio ab ea interiecta, Puteus decif. 480. lib. 2. quem referens sequitur Gratian. in discept. foren. tomo 1. c. 103. num. 14. cum seqq. hanc eandem sententiam tenet in terminis Reguidinæ Chlisenens. decif. 51. alijs 49. Caputaquens. decif. 227. lib. 1. in manuscriptis. bene Marefcotus variat. resolutio. lib. 2. c. 75. sub num. 13. vers. sed hoc in loco subsequitur, & à n. 14. qui in possessorio vno modo limitat; puta: quando secunda sententia affirmatiua simul declarat, primam nullam esse: quia tunc propter mixturam datur appellatio suspensiuæ, nō tamen quando simpliciter lata est super rei restitutione, quam limitationem modò non examino.

31 Facit etiam, quòd eleganter dicit ipse Hieron. Gonzal. ibi num. 222. cum seqq. quòd si ordinarius primus iudex in prouisione Parochialis non eligit, nec sententiam protulit, nec aliquem ex oppositoribus in possessionem immisit iuxta Trident. decretum, eò puta; quoniam anteaquam ad id peruenerit, ab aliquo fuit appellatum ab aliquo legitimum grauamen, suspendens hoc casu eius iurisdictionem; vtputa; super exceptione incompetentiæ, & declinatoriæ, vel in ordinatione processus, & alijs à quibus posse ante diffinitiuam appellari hoc casu diximus 2. p. in cap. 6. vbi multa concessimus à num. 53. cum pluribus seqq. quæ hic pro repetitis habe.) & Metropolitanus, seu iudex appellationis declarans bene appellatum, retinuit causam principalem (iuxta e. ut debitus honor, de appellat. & ea quæ concessimus 2. p. c. 17.) ac præuio concursu dignorem elegit, illique fecit collationem, ac poterit ille suam sententiam exequens, mittere electum in possessionem non obstante appellatione, ab ea per aliquem ex alijs oppositoribus interiecta.

32 Et idem sit, quando facto concursu, electione, & collatione alicui Parochiali, illum tamen minimè misit in possessionem, sed suspendit aliqua sibi bene visa iusta causa, vel ea mediante appellatum fuit, & appellationi detulit; posteaquam Metropolitanus de appellationis causa cognoscens, reuocata hac priori collatione; in possessionem potest mittere aliquem, & ad executionē procedere, quando prima collatio, & sententia effectum non est sortita, nec executioni mandata, sed imò Parochialis vacas sit, & sine pastore proprio secundum Hieron. Gonzal. vbi proximè.

Hoc vltimum dictum Gonzal. intelligitur, vt procedat specialiter in casu, de quo loquitur tantum, nempe: quando Ecclesia curata vacans est, & prima prouisio nodum exsecuta, reuocata fuit per secundum iudicem

dicem appellationis ex speciali ratione, quæ in eo viger. nam fauor executionis non conceditur prouiso, nec propter prouisum, sed vacationi Ecclesiæ, & propter Ecclesiam, & sic quocumque vadat vacans; replenda est Rectore, qui tunc reperitur prouisus, iuxta ea quæ late adduximus infra hac 3. p. in cap. 11. de deuolutione à prin. & præcipue à verisursum quoniam, &c. & mox dicenda. & ita communiter practicatur in tribunalibus, ad quæ processus per viam violentiæ trahitur, at verò in alijs casibus in quibus

33 priuilegium hoc exequendæ sententiæ concessum est personis, & propter personas tantum, prout in alimentis, possessorijs, & creditoribus, & similibus, præfata doctrina admittenda non est. Nam si prima sententia pro eis lata est, & non fuit exsecuta, sed passus est tacite, causam tractari in gradu appellationis, vbi reuocata fuit prima: iam non poterit exequi, quia reperitur reuocata, nec secunda exequetur, quia reus, in cuius fauorem fertur, non est priuilegiatus, nec in hac secunda viger, aut durat priuilegium primæ, sicut in parochiali vacante, ita loquendo in alimentis probat Ioannes Baptista Pontanus in tract. de alimentis cap. 19. in fi. num. 7. Sequitur Gratianus in decif. 74. n. 8. vbi per te vide, & que nos in si huius capituli.

34 Et ista hæc opinio, & resolutio de qua num. 31. & 32. & verissima est, & satis ab stylo supremorum tribunalium approbata, quoties ad ea occurrunt per viam violentiæ pro delatione appellationis, ab huiusmodi secunda sententia reuocatoria primæ: vim non fieri declarat, imò iudici causa iterum remittitur exequenda, namque iudex appellationis in isto casu dicitur primus iudex, & instantia prima quoad negotium principale, & tanquam primus iudex subrogatur in locum Episcopi, iure illius vti debet, si cum §. iniuriarum ff. si quis cautio. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gl. 1. à num. 10. vsque ad 28. Anton. Gabriel tit. de regul. iur. concl. 2. & militat eadem exequendi ratio, isdem fauor, & idem priuilegium in ista secunda sententia, quæ consideratur in prima à iure, & eius

35 respectu adhuc durat causa prohibitiua, ex quo nullus deiicitur de possessione, & sententia lata in fauorem creditoris, hoc priuilegium habentis, & nulla præcessit executio, quæ extinguit priuilegium, nec effectum viæ executiue, ex his quæ Bart. in l. à Diuo Pio §. si post additum pignus num. 1. & ibi Ill. num. 1. & 2. & ceteri etiam ff. de re iudicata. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. si 4. p. §. 16. num. 20. & 21. Ioseph. Ludo. decif. 111.

38 num. 9. cum seqq. ideo ad superiorem transit cum sua qualitate, & sua causa deuoluitur,

& oneribus requisitis in sui principio, & sua natura, ita Feli. in cap. cum accessissent num. 18. de constit. Lamber. de iure patro. 3. p. 2. lib. 9. 7. Selua de benef. 3. p. quest. 49. Rebuf. in praxi tit. de deuolutio à num. 40. Corrafius 4. p. cap. 4. num. 16. Ferrerius conf. 211. num. 2. Ioannes Gutier. conf. 1. num. 31. Cauedo decif. 52. n. 4. & de patron. Regiæ Coronæ cap. 28. num. 3. & 4. Azor lib. 6. cap. 27. quest. 8. noster Perez de Lara de vniuers. & Capell. lib. 2. cap. 10. n. 27. Nicol. Garcia de benef. 2. tomo 10. p. cap. 3. n. 42. & vt bene considerat Parlador. vbi superius d. §. 15. num. 8. nihil interest, an sententia additionis executionem sui natura desiderans, lata sit à primo, an secundo iudice appellationis, l. postquam §. Imperator, ff. vt legator. nomi. cauea. Bart. in l. 3. §. 1. num. 5. ff. de duobus reis. Abb. in c. cum Ioan. num. 17. de fide instrum. Immol. in Lamplius §. si ff. de damno infecto. Iudex enim appellationis succedit in locum prioris iudicis, Capicinus decif. 86. n. 19. & quia cum iudex appellationis succedat primo iudici, ita vt omnia quæ primus iudex facere potuit: ipse pariter potest, & debet, Rota 19. de re iud. in nouis. Pute. decif. 184. incipit, Ioannes Solano n. 5. lib. 3.

36 Ac propterea quando causa est summaria in prima instantia, pariter etiam in secunda erit summaria, Puteus decif. 426. n. 2. & decif. 434. n. 3. lib. 2. & ideo quando clausula quòd summarie procedatur, vel alia similis fuit apposta in commissione primæ instantiæ, semper durat, & censetur repetita in commissionibus aliarum instantiarum, quamuis expresse non sit, Castiador. decif. 8. num. 1. & 6. de rescriptis. Rota decif. 43. num. 2. diuersor. & decif. 32. 1. num. 1. p. 1. diuersor.

37 Illud quòd superius diximus, à denegata additionis sententia; puta: à declaratione locum non esse executioni instrumenti garantigati appellationi per creditorem emissa esse omnino deferendum, & in secunda instantia ipsa sententia reuocata alia fertur contraria, & reuocatoria, locum scilicet esse executioni petite, hæcque secundam executionem mereri, non obstante appellatione: est omnino limitandum; vt non procedat, nec habeat locum: quando prima sententia vulnerauit instrumentum executiuum, declarando, id esse falsum, vel vsurarium, aut ex alio quolibet capite nullum, quia ratione huius vulnerationis semper cessat via executiua, donec pro ea sint probatæ tres sententiæ conformes. Rota decif. 132. num. 1. p. 2. diuersor. & probat optimè Hieronym. Gonzal. de alterna. gl. 6. num. 202. & ibi ita decifum fuisse in Rota anno 1599. testatur. idem affirmat late Gratian. in discepta. forens. 1. tom. cap. 103. num. 10. & 11. plures decisiones

decisiones Rotæ allegans, tenet etiam Rota *decis. 123. agens num. 11. in fi. p. 2. diuerso. Mar- queff. de commiss. 1. p. de commiss. appella. à ca- mer. oblig. cap. 16. num. 19. fol. 169. in secunda impressione*, quem referens sequitur Escacia *de appella. quest. 17. limi. 9. sub num. 58. vers. sub- extende eandem extensionem. ac ideo quamuis in commissione appellationis à sententia la- ta vigore instrumenti executi, seu literarum Apostolicarum pensionis, & similitum, soleat apponi clausula (sine præiudicio executio- nis) vel (sine retardatione solutionis pen- sionis, vel census) ut supra dixi latè in c. 3. de pensione; tamen si ipsa executio fuit per sententiam vulnerata absque dicta clausula signatur commissio, sed simpliciter, secun- dum Marquestia. *de commiss. 2. p. tit. de commiss. appella. cap. 4. num. 59.**

45 Sed est intelligendum, ut procedat, & habeat locum, quando ipsa executio denegata fuit per iudicem à quo ex alia causa, non concernente vires instrumenti; ut pote, quia apparet de solutione, cum reuera non constaret, vel quia non fuit actoris persona legitimata, seu processus bene fulminatus, ac substantiatus non erat, ut optimè distin- xit *d. decis. 132. & Gonzal. vbi proximè n. 235. cum seqq. & Gratianus d. decis. 103. à num. 6. cum seqq. & sentit etiam Parlador. in d. cap. fi. 47 s. p. §. 15. in fi.* dum dicit, quòd tunc solent iudices executionem irritantes, integrum ius creditori referuare, & tunc cautius, & circumspectius erit, ad difficultates evitan- das stante tali reservatione, potiùs ex inte- gro executionem repetere; quàm ad appel- lationis remedium confugere.

48 Circa inspectionem autem tertie nostri capituli instantia; an scilicet, à secunda sen- tentia reuocatoria primæ priuilegiatæ, & executioni traditæ iam; appellationi emissa per actorem, in cuius fauorem prima lata erat, si non deferatur à iudice, & ad vl- teriorem executionem secundæ procedente (non obstante appellatione) vim faciet. quæ questio semper difficilis, & celebris repu- tata est, cui vno verbo respondeo, ample- ctens partem affirmatiuam; nempe vim fieri manifestam, tali appellationi non defere- ndo. pro quo facit Parladorij sententia communiter recepta *lib. 2. rerum quotid. c. fi. 5. p. §. 15. num. 4.* (qui in viis executiuis hanc insurgit questionem) in qua & ille concludit, quòd si debitor, aduersus quem execu- tio, & bonorum additio facta est cum ef- fectu, appellauerit, & in secunda instantia sententiam reuocatoriam primæ reportauerit, quòd si actor, in cuius fauorem prima facta est; prouocauerit ab hac secunda re- uocatoria, quòd sit deferendum omnino

huiusmodi appellationi, non autem exe- quenda est ea pendente, hac secunda. pro quo facit *l. 4. tit. 2. l. 1. lib. 4. recopilationis*, ibi, *si la sententia fuere reuocada por el presidente y oidores, que de la tal sententia reuocatoria se pueda suplicar para ante ellos mismos, quedando en su fuerza la execucion, hasta que se de sententia en reuista, &c.*

Cui conuenit, quod in terminis dicit Af- flic. *decis. Neapolit. 358. num. 8.* etiam in eis- dem terminis executionis rei iudicatæ, seu obligationis Camera lis (nullo tamen Do- ctore citato) tenet Escacia *de appell. quest. 17. limi. 9. num. 58.* reddens rationem differen- tiæ; quia sententia, qua fuit condemnatus reus, nititur obligatiui, seu instrumento, habenti executionem paratam; at sen- tentia secunda, qua condemnatur actor, illi non nititur, sed imò illi repugnat. Quod & etiam confirmatur. Etenim si negatiua sen- tentia, lata contra actorem agentem priui- legiata via, ei licet appellare quoad vtrum- que effectum, secundum ea quæ à prin. hu- ius capituli diximus. ergo idem erit dicen- dum, & illi permitendum in hac secunda, cum virtualiter sit negatiua, dum ea absol- uit reum, & mandat restitui solutum, quia virtualiter declarat, reum non esse obliga- tum. ergo ab hac negatiua pariter actori li- cebit appellare suspensiuè. hanc etiam con- siderationem reperio, fecisse in proposito Escaciam *vbi proximè d. num. 58. vers. confir- matur hæc extensio.* de qua ratione vide etiam per Rotam *infra num. 84.* quem latius com- probat.

Subdit tamen Parlador. *vbi supra num. 6.* 51 quòd si prima sententia additionis, à qua fuit prouocatus, manifestè iniqua fuerit, nullavè iustissimè facere eum, qui de ap- pellatione cognoscat, si neglecta ea, à se da- tam exequatur. quod in supremis tribunali- bus admittit libentissimè; quando ita no- toriè deregant calumniosam iniuriam, & ex obruto processum fuisse, ab inferiore, & at- tentatè, non tamen aliàs, nec alio modo, nec in aliis iudiciis inferioribus, de appellatio- ne cognoscentibus, ut contra ipsum Parla- bene aduertit Hieronymus Gonzal. in loco proximè citando *num. 219.* loquendo in prouisione beneficii curati.

Qui hanc partem postquam egregiè di- 52 sputauit, & hinc inde plurima, & ad propo- situm nonnulla fundamenta, & doctrinas conduxit; libentissimè fuit amplexus. vbi dicit, quòd possessor Parochialis, qui virtu- te collationis, seu sententiæ in eius fauorem latæ, missus est per ordinarium in possessio- nē beneficii, ac facta executione eius remo- ta appellatione iuxta dispositionem Cōcilij Trid.

Trid. *sess. 24. de reformatione cap. 18.* quæ col- latio, sententia, seu ordinarij iudicium fuit per Metropolitanum reuocatum mediante appellatione, ab illo per aliquem ex opposi- toribus emissa, & sic lata secunda sententia primæ reuocatoria, ut ista secunda sententia non est pariformiter executioni demandan- da, reuocata prima, & possessionis traditio- ne, nec possessor amouendus est ab ea, do- nec contra eum primus appellans obtineat tres conformes sententias, imò appellatio- ni per possessorem interiectæ ab hac secun- da sententia suæ reuocatoria, esse omnino deferendum, siusque habet effectus suspen- sionis, & deuolutionis, etiam si iudex supe- rior declarauerit, primam sententiam esse notoriè iniustam, & nullam. quia non pro- pretea est à possessione amouendus, donec de dicta nullitate adsint tres conformes, ut aduertit ipse Gonzalez *ibi num. 219.* hanc etiam opinionem nouissimè amplexus est Rot. Rom. cuius decisionem literaliter refer- ram *infra hoc c. n. 67.* quam vide.

Hanc etiam doctrinam Hierony. Gonza- lez famosi & diligentissimi, clarique inge- nij aduocati, secutus est Nicol. Garcia *de be- nef. 2. tom. 9. p. cap. 2. num. 247.* vbi dicit: quòd iudicium ordinarij in parochialium prouisi- one exequitur, & possessio traditur prouiso, non obstante appellatione. quod & ad- huc procedit: ut quamuis contra eum sit lata sententia per iudicem appellationis, à qua ipse possessor appellauit, nam ista secun- da sententia non est executioni demandan- da, pendente ab ipsa appellatione, quæ ha- bet vtrumque effectum deuolutiuum, & sus- pensiuum, allegat ad id etiam Ioan. Gutier. *lib. 2. canon. questio. cap. 11. num. 25.* Gonzal. etiam (quem de verbo ad verbum transcrip- sit) sequutus est Ceual *in contra commu. opi. quest. 897. à n. 262.* vbi vim fieri dicit, si hu- iusmodi appellationi à secunda sententia minimè sit per iudicem delatum.

54 Et ab hac sententia nec in iudicando, nec in consulendo recedendum est, quam sty- lus vniuersæ Hispaniæ fuit amplexus, & su- prema etiam tribunalia adita per viam vio- lentia, passim ac continuè declarant absque difficultate; vim fieri appellationi non de- ferendo, deferrique, & reponi iubent, quan- do prima sententia ordinarij sortita est effe- ctum, executionique mandata. ac propterea minimè est audiendus Hippolytus de Marsil. *singulari 389.* incipit, *tu scis quod natura*, con- trarium dicens, ut scilicet, secundam senten- tiam reuocatoriam primæ executioni man- data; pariter executioni mandandam esse.

Nam postquam sententiæ, cui priuilegium executionis à iure datum est, ac simul pro-

hibitio appellationis; effectum est sortita, & executioni mandata; iam spirauit priuile- gium, quia intelligitur de prima vice, iuxta *l. boues. §. hoc sermone, ff. de verbor. signi. maxi- mè quia dumtaxat & limitatiue sententiæ pro agente iudicio priuilegiato prohibito attributa est, ut superius diximus. ac pro- pretea postquam res semel prohibitionem euasit, semper libera remanet. latè Menoch. *de arbi. iudi. lib. 1. quest. 54. à num. 23. cum seqq. l. Pater §. Quindecim libertos ff. de legat. 3. l. ca- tera §. fi. de leg. 1. l. 1. §. vero C. de imponend. lucr. de rescrip. l. fi. C. de remis. pignorum*, quæ iura in optimis casibus loquuntur. Et res se- mel effecta alienabilis, semper remanet alie- nabilis. Moli *de Hispan. primogenes lib. 1. c. 10. à num. 7. & idem Moli. lib. 4. cap. 1. à num. 31.* Castiador. *decis. 8. num. 1. de rescriptis*, Casar de Grassis *decis. 3. num. fi. & decisione 4. n. 20. de rebus Ecclesia non alienandis.**

Quia semel alterata natura rei, semper 57 remaneat alterata. Alciatus *conf. 19. num. 8. lib. 2. Vrsillis in additio. ad Afflictum decis. 338. sub num. 6. versitem alia ratione.* & ita res 58 quæ semel exiuit de trunco, & de familia, non dicitur amplius esse de trunco, nec re- tractui locus erit, Anton. Gomez in *l. 50. Tauri num. 34. in fi. & in l. 7. num. 24. Tiraquel. latè de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 119.* vbi plures similes congescit. Ioan. Gutier. *conf. 21. ex num. 16.* & hinc etiam est: ut causa semel 59 facta ordinaria, & appellabilis, semper re- manet ordinaria, & appellabilis. Rota *decis. 132. num. 1. p. 1. diuerso. Pontan. de alim. c. 19. num. 7. & seqq. & ex Lancelo ita etiam dicit Gonzal. vbi supra num. 191. vbi num. sequenti dicit; quòd non est locus executioni, nec penitentia. quando ille qui potuit agere via 60 executiua; cæpit agere via ordinaria, testa- turtque, ita pluries fuisse constanter tentum per Rotam (reiecta opinione contraria,) & pro hac facit Casar de Grass. *decis. 2. num. 2. & 3. de senten. excommun. Lancelo. de attent. 2. p. cap. 4. limi. 30. ex num. 9. Parla. lib. 2. rerum quotid. cap. fi. 5. p. §. 11. num. 20. Rota decis. 551. num. 5. lib. 3. diuersorum.* & nos latius pluri- bus citatis Doctōribus diximus 2. p. cap. 13. num. 110. & sursum.*

Facit etiam pro hac parte text. in  *Clem. 1. 61 de sequestr. poss. & fruct.* dum dicit; quòd da- ta prima sententia in curia contra possesso- rem beneficii apponatur sequestrum. Tam- en licet postea pronuntietur alia sententia fauorabilis possessori, reuocatoria primæ, non propterea remouetur sequestrum, vi- gore primæ sententiæ appositum. Puteus *d. 133. n. 1. & decis. 305. num. 2. lib. 1.*

Et pro ea facit etiam expresse constitutio 62 Pij V. 32. in conferendis. dum prohibens ap- pellationem

62 pellationem suspensiuam à iudicio ordinarij, & possessionis traditione in parochialibus subdit illa verba: Hæc tamen appellatio interposita interim non impediatur, aut suspendatur, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debite executioni mandetur, & prout ab Ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendentem, non amoueat, &c.) quia causa appellationis pendens dicitur tam in secunda instantia, in tertia, vel vltioribus etiam instantiis, vt interim non sit amouendus possessor, donec & appellantis contra eum tres sint lata conformes, vbi bene comprobatur, & interpretatus fuit Gonzal. *vbi supra num. 2. 16. cum seqq.* & facit etiam quod dicit ipsa constitutio, quod si quis ab ipsa sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem Apostolicam appellabit, quia intelligitur quoad vtrumque effectum, vt hucusque diximus; nam quando in prohibitiuis appellationis lex permittit, in aliquo casu, appellari: intelligitur quoad vtrumque effectum. De quo infra num. 69. & seqq. & facit in terminis Rotæ decisio, quam literaliter adduxi infra à n. 67. quæ hanc doctrinam pluribus comprobatur fundamentis.

63 Ac ita etiam facit communis Romanæ Curia: stylus, de quo testatur diligentissimus Hieronymus Gonzal. *in d. regul. de men. d. gl. 6. num. 208.* vbi dicit, quod postquam auditor Cameræ, vel alius inferior pronuntiat sententiam super executione alicuius instrumenti Cameralis, aut breuis, seu literarum Apostolicarum, ac dictam sententiam exequitur: etiam si appellationis causa committatur in Rota, ac iudex appellationis, quod à primo iudice factum est, iniustum, irritumque pronuntiet, non propterea suam reuocatoriā sententiam appellatione non obstante mandat executioni: sed potius defert ipsi appellationi. & donec sint tres sententiæ conformes, ac literæ executoriales relaxentur in omnibus superseditur. & idem esse testatur, quando appellatur ab irrationabili iudicio, & electione ordinarij in prouisione parochialis, quæ quidem sunt intelligenda in omnibus aliis causis, & iudicij sui natura priuilegiatis, seu aliis appellationem prohibentibus.

64 Illud tamen, quod superius diximus circa secundam sententiam reuocatoriā executionis vigore instrumenti guarentigati, aut cameralis, vt appellatio ab ea vtrumque habeat effectum: intellige ita in casu de quo loquimur, scilicet in secunda sententia primæ reuocatoriæ. At quando in prima sententia executionis declarauit primus iudex, additioni locum non esse, reumque absoluat,

& actor tanquam malè executionem petens fuisset condemnatus in expensis, carum respectu hæc prima sententia executioni mandanda erit, non obstante appellatione à creditore interposita, vt eleganter docuit per plura Hippolytus de Marfil. *singul. 389.* Azbed. *in l. si. num. 41. tit. 2. l. lib. 4. recipi.* Bald. *Nouel. de dote 6. p. priuileg. 2. num. 12.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. c. si. 5. p. 8. 10. num. 14.* Ioannes Gutierrez. *quæst. pract. quæst. 119. lib. 1.* qui quidem Doctores plura adducunt in propositum, & comprobationem, & ita potes superiorem doctrinam, circa executionis materiam limitare.

65 Vltimo autem loco vltra præfatas tres instantias huius capituli appositas, illud elegans erit considerandum, & quarta, vt scilicet, quando nulla reuocatoriā fertur sententia, sed quia prima lata fuit pro actore agente aliqua priuilegiata via, vt in alimentis, possessoris, creditore executionem petente, & similibus, sed is, in cuius fauorem lata fuit, eius executionem petere omisit, & tacite passus est negotium tractari, & sequi in secunda instantia, si in ea alia secunda sententia lata fuit, confirmatoriā primæ; poterit rectè petere executionem eiusdem, etiam in secunda instantia: & non obstante appellatione ab ea emissa; imò nec expectata tertia sententia, executioni mandanda erit. ita loquendo in possessorio probat Cæsar Contrard. *in l. vnic. C. si de mom. poss. in quæst. 4. n. 8. fol. 638. & quæst. 13. num. 106. fol. 572.* vbi dicit, ita fuisse decisum in Rota per Vestam, *decis. 2. 1. 1. aliis vnic. de Aeguidi.* & probatur, *lib. 2. latissimè prosequitur, & comprobatur videndus Gratian. decis. 74. per totum.* quia isto casu causa non efficitur appellabilis, nec renuntiare censetur eius priuilegio. Secus è 66 conuerso, quando prima sententia nondum executā, in secunda instantia reuocata fuit, quo casu prima non exequitur in secunda instantia, & gradu appellationis, ea obstante, ita ex eodem Gratiano, & Pontano, dixi superius ad secundam capituli instantiam, *vers. hoc tamen vltimum dictum num. 33.* vbi hanc doctrinam non procedere, dixi in parochiali vacante ob specialitatem rationis, quæ adhuc durat in secunda instantia reuocatoriā primæ nondum executā.

67 Circa ea, quæ supra diximus à num. 52. circa secundam sententiam reuocatoriā primæ, late ab ordinario in prouisione parochialis, & vt priuilegiatæ executioni mandatur, vt non debeat exequi appellatione pendente, nec possessor parochialis interim amouendus, annotandam esse censui Rotæ Romanæ decisionem, nouissimè hanc opinionem amplectentem, in vna Barchino. Paroch.

Paroch. Vener. 29. Nouemb. 16 13. coram Buratto, quem refert, & de ea testatur Prosper Farinac. *tom. 2. 1. p. decis. 537. fol. 98.* quæ decisio in hæc verba ait.

68 Præuio concursu ad parochialem sancti Stephani Granullorum Barchinonen. diocesis de mense Augusti anni præteriti vacante, electus fuit ab ordinario Balthassar Mir, & ad sanctissimum D. N. pro collatione obtinenda remissus. Cùm quod Franciscus Domenech à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconensem prouocasset, præuio nouo examine fuit electio primi iudicis reuocata, & ipse habilis declaratus, Mir verò inhabilis, à qua pronuntia Mir appellauit: & cùm notaret eius supplicationem licet post Metropolitanam sententiā signatam expediri, Domenech verò aliam per eum porrectam ad sui fauorem signari vigote literarum Metropolitanæ, reuerend. D. Datarius transmiserit ad me dubium in Rota proponendū, an esset relaxanda supplicatio signata ad fauorem Balthassaris, vel potius signata porrecta per Franciscum, quod resolutum fuit pro Balthassare.

69 Nam supplicationem Francisci non esse signandam, Domini dixerunt, quia cùm à sententia Metropolitanæ Tarraconen. sit expressè concessa appellatio ex constitutione Felic. recordat. Pij V. super collatione parochialis edita *in vers. & si quis à sententia,* quæ intelligitur tam quoad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum. Gratian. *conf. vlt. num. 16. & 17. lib. 2. Paris. conf. 28. num. 2. & seqq. lib. 4. Rot. decis. 330. num. 4. p. 2. in nouis,* cùm tamen sufficeret illam non prohiberi ad hoc, vt diceretur permilla. *can. omnis. can. ad Romanam 2. quæst. 6. l. & in maioribus.* & ibi *gl. C. de appell. gl. vulg. in l. qui restituere ff. de rei vindic.* Sequitur ea pendente nihil innouari posse. *c. venientes 19. de iureiur. c. pastoral. 28. §. præterea vers. nos autem. de off. deleg. tot. tit. ff. nihil nou. appell. interp.*

70 Et si Bulla voluisset tollere appellationem suspensiuam à sententia Metropolitanæ, id expressisset, prout fecit in appellatione ab electione ordinarij *in vers. hæc tamen appellatio.* ad text. *in l. vnic. §. fin. autem ad deficiētis C. de caduc. tollend.* Nec sufficiunt illa verba: Constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato parochialis per eundem iudicem appellationis, conferatur, seu conferenda remittatur. (de quibus *in vers. ut autem.* quia clausula (conflicto) non refertur ad cognitionem & reuocationem faciendam à Metropolitanæ, nec illi dirigitur, vnde intrat conclusio, non posse dici, constare de irrationabili iudicio, nisi per rem iudicatam. *Aegid. decis. 103. Rota*

*decis. 79. num. 6. & 7. p. 2. diuers. facit text. in l. furti. vbi gloss. in vers. inter famulos. & Doctor. ff. de his qui not. infam.*

Sicuti licet dicatur constare de non iure 72 agentis, & de dominio rei conuerti, ad excludendum spoliū per sententiam in petitorio, vt post Angel. Immo. Alex. Socin. & Ill. Rip. *in l. naturaliter §. nihil commune. n. 3. 5. & 36. ff. de acquir. poss. qui de communi. Afflicti. decis. 303. n. 1. Cæsar de Grass. decis. 141. aliis 1. num. 7. de locat.* tamen hoc non procedit, nisi vbi illa tranfuit in iudicium, quia tunc solum dicitur constare de non iure actoris, & iure rei conuerti. Berouius *in cap. literis num. 4. vers. 2. quia, de rest. spol. Immo. in l. 1. num. 8. ff. de noui oper. nun. Ill. conf. 9. num. 1. vers. item cum. lib. 3. Rot. coram Robusterio in Cæsaraugustan. Parochial. 16. Ianuarij 1589.*

73 Vnde facultas Metropolitanæ concessa, conferendi, vel remittendi pro institutione post rem iudicatam est intelligenda, ne tollatur appellatio permilla ex eadem constitutione. iuxta not. per Cyn. Angel. & Salicet. *in l. ita nobis C. ad l. Iulian. de adult. & ne contrarietas in eadem constitutione inducatur, Abb. in c. gratum. n. 2. & in c. super quæstionum, in 3. not. de off. deleg. ita vt operetur, Metropolitanam vsq. Sedis Apostolicæ delegatum exequi posse suam sententiam reuocatoriā electionis ordinarij in iudicium tranfactam, cùm aliis executio spectaret ad iudicem, qui vltimam sententiam ferret. Bart. in l. à Diuo Pio num. 15. vers. quæro, & reuoco. ff. de re iud. in lege precipimus. §. officijs n. 1. in 2. not. & num. 2. C. de appella. quem omnes sequuntur. Franc. in c. Roman. §. fin. num. 3. 1. vers. aliquando sententia diffinitiva, de appellat. & sufficere debet, constitutionem hoc operari contra ius commune, licet posset etiam aliud. Gratia. *conf. 13. num. 43. lib. 2. Gozad. conf. 19. num. 5.**

74 Eò magis, quia si aliter intelligeretur, refularet hoc absurdum, executiones, & immisiones iuxta varietatem sententiā variari debere, modò pro electo ab ordinario, modò pro electo à Metropolitanæ, seu iudice appellationis, & ideo intellectus iste vitandus est. *l. Saluini Aristot. ff. de leg. prest. Rot. decis. 70. num. 5. p. 2. diuersorum.*

75 Nec inconuenit, appellationem suspensiuam esse denegatam ab electione ordinarij, & tamen concessam à sententia Metropolitanæ, seu iudicis appellationis reuocatoriæ, cùm electio ordinarij celeritatem desideret, & sic vigeat in ea ratio tollendæ appellationis suspensiuæ, *l. si. ff. de appell. recip. l. quisquis C. quorum appell. non recip. c. fin. 2. q. 6. quod non est in sententia reuocatoriæ Metropolitanæ,*

tropolitani, sicuti ratione celeritatis non datur appellatio ab immisione heredis scripti, d. l. fin. ff. de appell. recip. d. l. quisquis. vbi Bartol. Bald. Salicet. & Castr. C. quorum appell. gl. in l. fin. in ver. missus. & ibi Bartol. num. 2. i. C. de edito diui Adrian tollen. & tamen datur, quando iudex pronuntiat denegando immisionem, iuxta opinionem Angel. d. l. quisquis num. 3. quam se in sacris Audientis practicate testatur Jacob. de S. Georg. dict. l. fin. num. 56. C. de edito diui Adrian tollen. vbi Zu- chard. n. 433. cum aliis per Menoch. rem. 4. ad pisen. poss. quest. 100. num. 876. Lancel. de atene. p. 3. cap. 28. n. 89. Surd. de aliment. tit. 8. 77 privileg. 6. num. 26. in fin. & 27. quia scilicet, cessat ratio celeritatis. Menoch. vbi supra versic. ea est ratio. & eadem ratione fit eadem distinctio in sententia super alimentis, ad tradita per Surd. d. privileg. 66. num. 10. 2. 5. & 33. versic. ideo non est curandum.

78 Supplicationem Balthasaris relaxandam dixerant moti ex d. constitutione versic. haec tamen appellatio, cuius verba clarissima & praecisa sunt, quod appellatio interposita ab electione Ordinarij interim non impediatur, aut suspendatur, quominus electio per illum facta debet demandari executioni, & ulterius quod prouisus ab eadem Ecclesia causa huiusmodi appellationis pendente non amoveatur, non est itaque ulterius querendum, l. Gallus. s. si eius. vbi not. Bald. in 2. not. ff. de liber. & posthum.

79 Non obstat, quod constitutio loquatur pendente causa appellationis ab electione Ordinarij, ibi haec tamen appellatio, & ibi causa huiusmodi appellationis pendente, ideoque secus dicendum videbatur ea finita, prout est per sententiam l. 1. versic. recepta autem appellat. ff. nihil no. app. interp. vel casus iste dicatur omisus, & sic in iuris communis dispositione relictus, ad vulgat. l. l. com- modissimè. vbi Bart. ff. de liber. & posthum. prout ita constitutionem intellexisse videtur Rot. in causa Dertucen. Parochialis coram bonae memoriae Gipsio 30. Martij 1584. nam Domini respiciendam esse magis dixerunt mentem constitutionis, quam verba, cum ex lege veniat, quod sumitur ex mente l. nominis, & rei s. verbum, & ibi Alciar. ff. de verb. signif. l. cum mulier la. 1. ff. solut. matrimonio. Bart. in l. contra in princ. ff. de leg. quae est verbis praeferenda. l. non dubium C. de leg. Bartol. in d. l. contra num. 1. etiam vbi est illis contraria. Dyn. in cap. fin. de regul. iur. in 6. Oldral. consil. 103. num. 5.

80 Ratio autem, ob quam Summus Pontifex sustulit suspensionem executionis electionis Ordinarij, duplex reddi potest, vna secundum informantes pro Balthasare, ne

Parochiales dici in suspensio maneat in maximum animarum periculum, de qua in versiculo in super, quae licet videatur apposita in capite distincto, negari tamen non potest huic etiam conuenire; ratio enim generalis reddit totam legem generalem, l. regula s. cum quis. vbi Bartol. in 2. not. ff. de iur. & fact. ignor. & in quacumque parte sit, regulat totam dispositionem. Ioann. de Anan. consil. 4. num. 2. quae ratio diutinae vacationis tollenda fuit maximè praec oculis habita, dum voluit Summus Pontifex concursum, & alia, iuxta formam praescriptam ab Ordinario infra sex menses expediri, alias collationes ad ipsum deuolui; videtur non mirum, si ab electione tanquam celeritatem requirente non detur appellatio suspensiuam ex praallegatis.

Et haec ratio celeris collationis Parochialium consideratur etiam per Canones, ut in cap. si apostolica 32. de praeb. damnosa enim Ecclesiarum vacatio. e quam sit. de elect. in 6. Rebuff. in concord. rubr. de collatio. s. si quis verò, verbo ad alium superiorem, versic. nec refragatur. & militat etiam lata reuocatoria, ideo constitutio disponens, non retardari electionem per appellationem, habet locum nedum in prima, sed in qualibet alia appellatione ob hanc rationis identitatem, ne vacatio protollatur. Compstet in cap. 1. col. 2. versic. unde etiam dicimus de electio. in 6. dicens ita seruari Innoc. & ibi Archi. col. 3. in fin. versic. propter hoc. Ioan. Andr. col. 1. n. 4. versic. plus dicit. Gemin. col. 2. n. 4. post med. versimo plus. Anchar. sub n. 3. versic. & sic exponas. Franch. sub n. 5. versic. ad hoc dicens, quod Doctores sequuntur. Gloss. in clem. 3. in ver. occasione eodem titulo. vbi Card. sub n. 5. versic. 5. quero. Anchar. sub num. 4. Immol. n. 40. vers. quinimo plus dicit. Vital. & Barbat. num. 32. & in hac Bulla Modern. super reg. 8. gloss. 6. num. 2. 16. Et si utrumque haec ratio scripta sit in constitutione, casus dicitur comprehensus per illius identitatem absque alia extensione. Gloss. in cap. 1. de temp. ordin. in 6. Oldral. consil. 185. in fin. Cald. consil. 1. ut lite pendens. Bald. in Lillud, post n. 6. C. de sacros. Eccles.

Vel si secundum informantes pro Francisco negetur rationem esse praedictam, quae expressa legitur, sed dicatur esse praesumptionem pro electione Ordinarij, cum ista tantum reddi posset, haberetur pro expressa, iuxta gloss. in l. quamuis vbi Bald. in princ. versiculo & cum vna sola, C. de fideicommiss. & ibi Add. Castr. num. 4. l. fin. num. 6. adeo ut ab ea tanquam vnica licita sit extensio etiam in correctorijs. Castr. in l. si verò s. de viro n. 1. versiculo idem si ratio ff. solut. matrimon. Adden. ad Bal. in auth. quas actiones litera E. & ibi l. fin. num. 2. 2.

num. 2. C. de sacros. Eccles. idem l. fin. in d. l. quamuis n. 7. vers. 2. C. de fideicom. cum concord. per Surd. decif. 174. num. 12. & 13. & decif. 192. num. 15. & 16.

Et haec praesumptio est adeo vehemens, vt non tollatur ex sententia reuocatoria Metropolitanorum, quia cum in electione ad Parochiales ex dispositione sacri Concilij Tridentini sess. 24. de reform. c. 18. vers. operatio, vltra doctrinam, sint etiam considerandi mores, prudentia, & alia ad Ecclesiam gubernandam opportuna, quae ratio est, vt dignior non simpliciter dicatur ille, qui doctior sit vel saetior, sed is qui iuxta munus, cui praeficiendus est, aptior eius ministerio appareat. & hic est praefereendus, vt ex sententia Diui Thomae tradit Couarr. in regul. peccatum 2. p. §. 7. sub n. 4. vers. dignior verò. & dicit Rot. in Beneuentana Parochial. 13. Iunij 1590. coram bonae memoriae Orano, & in Raennaten. Parochial. 2. Decemb. 1594. coram illustrissimo Aragonio in nullius Parochialis seu concursus 4. Decembris 1610. coram reuerend. Bononien. ex quo censuit sacra Congregatio illustrissimorum Cardinalium Concilij interpretum praefereendum eum, cuius mores noti, probatque sunt ei, cuius vita ignoratur, licet doctiori, ordinarius praesumitur instructus de vita & de moribus concurrentium & aliis vltra doctrinam requisitis tanquam eius diocesanos, Card. in clem. 1. n. 20. vers. si autem. vbi Anch. n. 7. vers. & hoc ideo. de sequestrat. poss. & fruct. Veral. decif. 406. p. 2. Pur. decif. 395. n. 2. lib. 3. & considerandum fuit in terminis huius Bullae in dictis Raennaten. coram illustrissimo Aragonio, & nullius coram reuerend. Bononien. Metropolitanus verò per nouum concursum non potest certior fieri nisi de doctrina, & sic cessat in eo praesumptio, vel saltem non aequè viget, & adeo clarè doceri de dolo, & irrationabilitate illius, vt tenuit Rot. in Camerinen. concursus 19. Decemb. 1603. coram R. Atrebaten. & in Sabinen. concursus 6. April. 1609. coram R. Domino meo Damasceno. et si quaelibet ea praedictis rationibus deperse sufficiat, tanto magis simul iunctae, exemplo duorum vinculorum, quae magis stringunt, cap. 1. de iur. & pace cum similibus.

84 Praeterea etiam si constitutio esset restricta ad primam appellationem, tamen cum à reuocatoria sententia detur appellatio, quoad utrumque effectum, vt firmatum fuit, perinde est illa interposita, ac si effemus in casu verbis expresso, ante scilicet latam reuocatoriam, quae haberetur pro extincta inspecto praesenti statu, iuxta text. in l. 1. in fin. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

& ibi gl. ff. ad Turpil. l. 2. vers. ceterum ff. de pen. Bald. in rubr. C. de appellat. num. 2. & in l. 1. a de- mum n. 2. C. de procurat. Roman. post Immol. in l. 1. num. 30. vers. quoad secundum. vbi Alex. n. 2. l. fin. 9. Rip. n. 10. ff. de re iud. de communi. Felin. in rubr. de appell. sub n. 1. col. 4. versic. & adde. & in cap. pastoralis. 18. n. 14. vers. conclusio sit, de off. deleg. vbi Adden. de communi dicit veram Alex. consil. 36. n. 6. lib. 4. & communem consil. 188. n. 10. lib. 2.

Et ideo licet verba constitutionis videantur restricta ad appellationem ab electione ordinarij; tamen non excluderentur casus similes, gl. in l. ob as in ver. alienum, in prin. & ibi Salicet. C. de praed. minor. & in l. serui nomine. vbi Bartol. n. 3. ff. de vsucapio. gl. vulg. in l. illud in ver. alia causa. & ibi Bart. in princ. C. de sacros. Eccles. praesertim in hac materia fauorabili diutinae vacationis tollenda. Bart. in d. l. illud. n. 3. Bald. n. 6. in fin. Castr. num. 4. vers. hic est vna. Bart. in d. l. serui nomine n. 3. vbi qui veniunt in necessariam expressorum consequentiam, ex quibus cessant dicta de casu omisso.

Nec etiam potest dici sublata vel elisa praesumptio electionis ordinarij per contrariam sententiam iuxta doctrinam Card. in clem. 1. quest. 4. num. 13. de sequestr. poss. & fruct. nam in quaestione ibi posita per Cardinalem non minor militabat praesumptio pro secunda sententia, quam pro prima pro possessore lata, sed eadem, cum vtraque esset lata in curia, vt ipse inquit, imò in terminis d. clem. ipsa prima sententia est quae parit sequestrum. Cassad. decif. 1. eadem titulo. sed in casu nostro negari non potest, quin maior sit praesumptio pro electione Ordinarij, à qua non datur appellatio suspensiuam, quam pro sententia Metropolitanorum, à qua datur quoad utrumque effectum: & ideo sententia, quae habet maiorem praesumptionem, habet aliquem effectum executiuum non obstante alia contraria, prout in terminis eiusdem Clementinae primae sententia lata in curia pro actore operatur effectum appositionis sequestri, quamuis adsint contrariae in partibus pro possessore, & hoc ratione maioris praesumptionis pro ea, vt ibi explicant Doctores.

Praedictis ergo non obstat allegata decisio Dertucen. coram bonae memoriae Gipsio, vt simpliciter fundata in verbis restrictiuis, non considerata constitutionis ratione, & in qua Domini prius sustulerunt praesumptionem pro electione Ordinarij, quam resoluuerunt, fuisse gratificatoriam, & iudicium Ordinarij fuisse suspectum, vt in decisione praecedenti de mense Decembris 1581. & per sententiam reuocarunt, vbi confide

considerarunt, quod nisi apponeretur sequester, facile apponeretur via fraudibus, contra mentem & verba dictæ constitutionis in versiculo, nos ad quorum. *ibi*, personis minus dignis, &c.) nec colligitur fuisse appellatum à secunda sententia lata in curia, quæ omnia cessant in casu nostro, in quo præsumptio viget manifestè pro electione Ordinarij, adest eadem ratio exequendi, & sententia reuocatoria non potest haberi in aliqua consideratione, tanquam extincta præsentaneo statu per appellationem, & ita conclusum vtraque parte informata. Hæcenus de decisione, quam vt elegantem inferere volui, quia continet plures doctrinas cõcernentes materiam huius cap. licet eam viderim post hæc scripta.

## CAPVT V.

A sententia, seu compulsione, quam facit Ordinarius Ecclesiasticus Rectori, vel Parochianis in contributione pro constructione Ecclesiæ dirutæ, seu etiam à sententia, qua iussit, nouam aliquam Ecclesiam Parochialem ædificari, eò quod aliqui Parochiani non possunt, vel propter locorum distantiam, vel aquarum inundationem, aliãve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpositæ non deferens vim faciat,

## SVMMARIVM.

Ecclesia diruta & collapsa debet reparari & reedificari ex redditibus sua fabricæ. *num. 1.*  
Fabricam si Ecclesia diruta non habeat, clerici eiusdem tenentur contribuere pro reedificatione ex redditibus, qui sibi supersint deducto necessario. *n. 2.*  
Parochiani contribuere tenentur in Ecclesia collapsa reedificationem, si Clerici redditus, qui supersunt, non sufficiant. *n. 3.*  
Parochiani non possunt renuciare administrationi, & perceptioni Sacramentorum, vt à contributione hac excusentur. *n. 4.*  
Expenditur text. in cap. decernimus 10. quest. 1. *num. 5.*  
Expenditur in proposito l. 1. tit. 1. p. 1. *ibidem.*  
Beneficiati tenentur non solum ad fabricam, sed etiam ad alia ornamenta, sine quibus diuinum officium celebrari nequit, sed etiã ad alia paramenta necessaria ad diuinum cultum. *num. 6.*

Fabrica deficiente, vel non sufficiente, beneficiati deducta congrua tenentur ad reparationem, & Episcopi, commendatarij, & alij interesse habentes in fructibus eiusdem Ecclesiæ, quibus minimè sufficientibus Parochiani tenentur ad contributionem. *n. 7.*

Regis & eius Cõsilij supremi iussu, an possint capere, & pigorare bona Ecclesiastica, sine decimas contribuere tenentium ad huiusmodi Ecclesiæ reparationem tanquam Concilij Tridentini executoris. *n. 8.*

Parochiani in subsidium tenentur ad contributionem reficienda Ecclesiæ diruta, sicut Clerici tenentur ad opera publica communia omnibus, pontes, & fontes, &c. *n. 9.*

Clerici an tenentur contribuere pro operibus publicis & communibus. *ibidem & sub n. 10.*

Parochiani tenentur pro oneribus Ecclesiæ, puta, si reconciliatione egeat. *n. 10.*

Parochiani quando in subsidium tenentur contribuere pro necessitate Ecclesiæ, tam nobiles, quam plebei indistinctè coguntur, vbi de ratione. *n. 11.*

Redditus Clericorum vbi non supersunt ad reparationem Ecclesiæ, potest expendi pecunia publica vniuersitatis, & in subsidium, collectari vicinos. *n. 12.*

In reparatione Ecclesiæ & quis ad eam teneatur contribuere, attenditur primus consuetudo, & obseruantia. *n. 13.*

Contribuere coguntur, qui tenentur ad Ecclesiæ refectionem appellatione non obstante. *n. 14.*

Patroni Ecclesiæ fructuum eius participes tenentur ad reparationis contributionem. *ibidem.*

Concilij Trident. sess. 2. 1. de reformatione c. 7. expenditur. *ibidem.*

Contradictio vbi est remota, appellatio etiam remota intelligitur. *n. 15. & 45.*

Intellectus ad Concilium Trident. d. sess. 2. 1. de reformat. c. 7. *n. 16.*

Ordinarius potest exemptos compellere ad Ecclesiæ reparationem appellatione & inhibitione non obstantibus. *n. 18.*

Concilij Trid. sess. 2. 1. de reform. c. 8. verba expenduntur. *ibidem.*

Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 8. refertur dispositio. *ibidem.*

Clerici quorumlibet beneficiorum simplicium tenentur (deficiente fabrica) ad Ecclesiæ reparationem, & non alij. *n. 19.*

Ecclesiæ non Parochiales vbi collapsæ sint, & deficiat, qui contribuat, an & quando radicitus erunt destruenda. *n. 20.*

Ecclesia simplex diruta (deficiente fabrica) seu beneficiato, aut his adhuc non sufficientibus, an petenda sit elemosyna in populo & inter vicinos circumvicinos, maxime si Ecclesia maxima sit deuotionis. *n. 21.*

Eremitoria destructa tempore Clerici, ex qua plures fructus

fructus & prouentus percepisse apparet, an eius heredes ad reparationem sint compellendi, casus de factis refertur. *n. 22.*

Clerici simplicis Ecclesiæ quando tenentur ad reparationem coguntur appellatione non obstante iuxta Concil. Trid. *n. 23.*

Determinatio vna reficiens plura determinabilia, debet pariformiter determinare. *n. 24.*

Heredes Clerici quando ad reparationem tenentur, coguntur non obstante appellatione, quia qualitas obligationis ex persona heredis non mutatur. *n. 25.*

Ecclesia simplex diruta omni destituta remedio ad refectionem, quomodo cum omnibus oneribus, & emolumentis sit ad matricem transferenda. *n. 26.*

Et quid & quando Ecclesia Parochialis collapsa est, & non sit vnde reparatur, ad quam Ecclesiam sit transferenda, cum quibus qualitatibus, & conditionibus iuxta Concil. Trident. & congregat. Cardin. *n. 27.* & quando ipsa Ecclesia est profananda, & de alijs vide *ibidem.*

Matrix Ecclesiæ, ad quam simplex diruta erit facienda translatio, dicitur Ecclesia Parochialis. *n. 28.*

Matrix Ecclesiæ, vt Parochialis transferatur, erit Ecclesia Cathedralis. *ibidem.*

De translationis Ecclesiæ diruta materia, qui videndi sunt. *n. 29.*

Translatio hæc an sit vnio, vel Ecclesiæ distincta, & an ordinarius ita profanata Ecclesiæ lapides, & trabes possit vendere, & quæ ex his ædificia constitui possint, & de alijs vide *remissiuè. n. 30.*

Parochialem nouam fieri quando iussit Ordinarius, an possit ad id compellere non obstante appellatione. *n. 31.*

Causa quæ sufficiens sit, vt noua Parochialis construat. *n. 32. & n. 34. remissiuè.*

Concil. Trid. sess. 2. 1. de reformat. c. 4. expenditur. *ibidem.*

Populo ita numerofo, vt Rector non possit sufficere sacramentis, vel cultui diuino ministrandis, potest ipse Rector, vel alius ad quem pertinet sufficientes sacerdotes sibi adinungere. *n. 33.*

c. ad Audientiam de Ecclesiis edificandis renouatur per Trid. sess. 2. 1. de reform. c. 4. *n. 34.*

Sententia qua ex iusta causa & à iure approbata ordinarius inuitis etiam Rectoribus nouam Parochialem erigi, declarat, exequitur (appellatione non obstante). *n. 35.*

Concil. Trid. sess. 2. 1. c. 4. decretum cum sit ius nouum editum in confirmationem c. ad audientiam, de Ecclesiis edificandis debet recipere omnes ampliationes, & limitationes illius. *n. 36.*

Parochus proficiens Ecclesiæ nouiter constructæ, debet institui ad presentationem Rectoris prime, & de ratione. *n. 37.*

Patronum si habeat prima Ecclesia simul & ille Salgado de protect. Reg. Tom. II.

cum Rectore debet, nouiter constructæ presentare. *n. 38.*

Termini Parochiales si inter antiquam Parochialem & nouam Ecclesiã non diuidantur, an decimæ prædiales sint diuidenda, vel qua emolumenta noua Ecclesiã debeat percipere. *n. 39.*

Rectori nouiter edificata Ecclesiã qua portio assignari debet per Episcopum, & vnde deducenda iuxta nouiter per Trid. disposita. *n. 40.*

Concil. Trid. sess. 2. 4. de reformatione dispositio expenditur. *n. 41.*

Portionis assignatio, & Clerici institutio & presentatio ad nouam Ecclesiam fieri debet appellatione, & contradictione, non obstante. *n. 42.*

Congruæ assignatione Rectori facta non admittitur appellatio suspensua. *n. 43.*

Prouisio Rectoris Parochialis non suspenditur per appellationem subsecutam. *n. 44.*

l. Partite verba *ibi* (aunque lo contradigan, &c.) ponderantur. *n. 45.*

Reedificans, vel reparans Ecclesiam dirutam an acquirat ius patro. & an illud acquirat ex constructione si funditus diruta sit, illud amittat, & quid quando simul dotauit. *n. 46. remissiuè.*

Construens Ecclesiam an in reparatione & reedificatione sit alijs præferendus. *n. 47. remissiuè.*

Capella, vel Ecclesiã construenda ex precepto restatoris intra quod tempus sit edificanda. *n. 48. remissiuè.*

Beneficij ob fructuum diminutionem an facienda sit suppressio, extinctio, aut vnio per Episcopum cum Capituli consensu. *n. 49. remissiuè.*

**H**ic est satis difficultati iure Canonico succursum, & pro prioris partis satisfactione, illam esse attendendam Abbatis distinctionem: Ecclesiam dirutã collapsam, & ruinofam debere reparari, ac reedificari ex redditibus suæ fabricæ, & si non habeat fabricam, seu minus sufficientem, quod clerici illius Ecclesiæ contribuant, ex eo quod eis supererit (deducto necessario), et si nihil supererit eis, vel quod supererit, non sufficiat: ad dictam reedificationem debent vitimò compelli Parochiani eiusdem Ecclesiæ; vt contribuant ratione sacramentorum, quæ in ea recipiunt, sibi que ministrantur, & diuinarum officiorum, quæ ibi audiunt, quibus non poterunt renuciare dicentes, se ab hinc nolle vt dicta Ecclesiã, quam opinionem ad distinctionem Abb. sequitur vt veram Gregor. Lopez in l. 1. tit. 10. p. 1. gl. sacando onde. Francif. de Ripa 1. & secundo responso, de Ecclesiis edificandis. vbi Abb. num. 2. Paul de Citadi. tractatu de iur. patro. 5. art. princ. versic. secundo intelligo. sub num. 173. Berouius cons. 3. num. 22. Ripa cons. 6. num. 3. Capella Tholof.